



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitulatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die vigesima secunda Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Diuisione
3 cap. 11.

Vulgatum Hollandiæ Chronicon confundit hunc confessorum, cum Wicberto martyre: ut apparet. Dicit enim eum martyrizatum esse à Radbodo barbaro Frisonum regē. Sed quæ superius diximus, ea à Velsana ecclesia accepimus, quam hac in parte tutius sequimur, quàm citatū Chronicō.

Quod ad nomen attinet, in collectaneo cuiusdam Carthusiani notatum inueni, In villagio Hollandiæ dicto *Velsen*, coli. quendam sanctum qui lingua patria vocatur *S. Engelmonds*, sed quod credatur, & à quibusdam dicatur esse sanctus Edmundus.

Die vigesima secunda Iunij.

1^o. De sancto Domitiano, confessore.

Ex Martyrologio Crispinij

IN pago Hainoënsi, super fluuium Hainam, in deposito sancti DOMITIANI confessoris. Qui beato Landelino in peregrinatione sua comes indiuiduus existens, & ab eodem, in loco eodem, eremita constitutus, multis clarus virtutibus, migravit ad Christum, & modò cum suo magistro felix requiescit Crispinij. In historia S. Landelini commendatur etiam à ministerio & prædicatione verbi Dei.

2^o. De sancta Rotrude, virgine Ghisnensi.

Ex manuscriptis codicibus Audomarensis oppidi.

Decimo Calendas Iulij, sanctæ ORTRVDIS virginis. Sic enim habet Martyrologium ad sanctum Bertinum, quo corpus delatum est ex Andrensi

Andrensi monasterio Boloniensis diœcesis. Alij
 vſitatius vocant Rotrudem, quæ literarum inuer-
 ſio etiam alibi locum habet. Nam Rolandus Italis
 eſt Orlandus. Cæterum quia Bertinenses virginis
 hiftoriam ignorant, ſubijciam quod de ea exſtat in
 manuſcripto libro quondam eccleſiæ Morinen-
 ſis. Huius reuerendum ſanctæ virginis corpusculum po-
 pulo demonſtrauit, & inferrauit episcopus Teruanenſis
 Milo ſecundus, Arnolſo Comite Guiſnensi præſente,
 tempore Petri Andrenſis abbatis, qui de ea libellum ſcri-
 pſit, quem ad prandium in eius ſolemnitate decimo Kalen-
 das Iulij legi fecit: & in Andria monaſterio conſtituit.
 Modo ab immemorabili tempore ſacraſſimum cor-
 pus in pago Teruanenſi, in eccleſia ſancti Bertini requieſ-
 cit, quod populis & clero, me vidente, propalauit dudum
 Antonius abbas, menſis Auguſti die quinta, celebrata
 prius Miſſa. Eſt autem Andrenſe monaſterium con-
 ſtructum anno milieſimo octuageſimo quarto, à
 Balduino Comite Ghiſnarum: inde autem ad Si-
 thienſes ablatum eſſe virginis corpus, mirum non
 eſt, cum conſtet Ghiſnam eis ereptam eſſe violen-
 tia Sifridi Daci militis, qui ibidem caſtellum ædi-
 ficauit, & contra monachos ad Arnulphum Co-
 mitem confugit, cui fidelitatem & homagium de
 terra Ghiſnensi præſtitit. Sed Dei iudicium rabi-
 nam illam puniuit. Sifridus enim ſe in caſtello la-
 queo perdidit, & Arnulphi filiam conſtuprauit, ex
 qua Ghiſnarura Comites descendentes, velut in-
 iuſti poſſeſſores, Dei etiam manum ſenſerunt.

Ex cap. 22.

E. S. p. 101

Chron. cor. 2

Bertin. cen-

ſum.

Q 3 Dic